Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



p̄cincti et lucerne ardentes. Lumbos
enim p̄cingimus cum carnis luxuriam
p̄ continenciam coartamus. Sed quia mi
nus est mala non agere. nisi eciam
quisque studeat bonis operibus insudare.
protinus additur. Et lucerne ardentes
in manibus vestris. Tu ℟. Odoriferum
lylium spargens ubique uiuificum suauitatis
odorem. Cuius apud nos memoria in benedic
cione est apud superos presencia in honore.
℣. Fac canentes te tante plenitudinis parti
cipio non priuari. Cuius apud nos. lectio.
Lucernas quippe ardentes in mani
bus tenemus. cum per bona opera pro
ximis nostris lucis exempla monstra
mus. De quibus profecto operibus dominus
dicit. Luceat lux coram hominibus.
ut uideant opera vestra bona. et glorifi
cent patrem vestrum qui in celis est. ℟.